D E O I M M. S.

Et virtuti ac memoriæ Olympiæ Moratæ, Fulvii Morati Ferrarienſis Philoſophi filiæ, Andreæ Grundleri Medici conjugis, lectiſſimæ fœminæ cujus ingenium ac ſingularis utriusq; linguæ cognitio, in moribus autem probitas ſummumq; pietatis ſtudiū, ſupra communem modum ſemper exiſtimata ſunt. Quod de eius vita hominum judicium, beata mors, ſanctiſſimè ac pacatiſſimè ab ea obita divino quoque confirmavit teſtimonio. Obiit mutato ſolo A. ſalut. D. LV. ſuper. mūdēſ. ſ. ætat. XXIX. hic cum marito & Æmilio fratre ſepulta Gulielmus Raſcalonus M.D.B.B.M.M.P.P.

D. O. M. TRINO ET UNI

S.

ANDREÆ GRÜNTHLERO Sueviſordiano, magnæ peritiæ viro, Medico & Philoſopho; qui ſimulatq; ſchola, in qua vixit, dum ab exilio profiteri artem cœperat, peſtis metu hîc diſſiparetur, ſolvi à corpore exoptavit, proq; voto ſolutus eſt, non tædio ſolo amiſſæ incomparabilis exempli ſociæ, ac conjugis Minervæ ſuæ (erat enim in omni fortuna homo modeſtiſſimus) ſed ut ex denſa hac rerum cœleſtium ignoratione, in lucem traductus, aberrationibus DEUM non amplius offenderet: hîc in ſpem reſurrectionis quieſcenti, ſodalis ſodali, medicus medico, Gulielmus Raſcalonus poſuit.

THOMÆ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/adam1612/0085
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.